

**MASS PROPER: FEBRUARY 27, ST. GABRIEL OF
OUR LADY OF SORROWS**

MASS *Óculus Dei* (white)

INTROIT Eccli. 11: 13

Óculus Dei respéxit illum in bono, et eréxit eum ab humilitáte ipsíus, et exaltávit caput ejus: et miráti sunt in illo multi et honoravérunt Deum. (Ps. 72: 1) Quam bonus Israël Deus his, qui recto sunt corde! V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Óculus Dei respéxit illum in bono, et eréxit eum ab humilitáte ipsíus, et exaltávit caput ejus: et miráti sunt in illo multi et honoravérunt Deum.

The eye of God looked upon him for good, and He raised him from his humility, and exalted his head: and many wondered at him, and gave honor to God. (Ps. 72: 1) How good is God to Israel, to those who are right of heart! Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The eye of God looked upon him for good, and He raised him from his humility, and exalted his head: and many wondered at him, and gave honor to God.

COLLECT

Deus, qui beátum Gabriélem dulcíssimæ Matris tuæ dolóres assídue recólere docuísti, ac per illam sanctitátis et miraculórum glória sublimásti: da nobis, ejus intercessióne et exémplo; ita Genetrícis tuæ consociári flétibus, ut matérna ejúsdem protectióne salvémur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

God, Who didst teach blessed Gabriel, diligently to ponder the sorrows of Thy most sweet Mother, and Who hast gloriously exalted him as a saint and worker of wonders: vouchsafe to be moved by his merits and prayers, and to grant unto us so to mourn with Mary Thy Mother, that her maternal care may ensure our salvation. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE 1 John 2: 14-17

Caríssimi: Scribo vobis, júvenes, quóniam fortes estis, et verbum Dei manet in vobis, et vicístis malignum. Nolíte dilígere mundum neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est cáritas Patris in eo: quóniam omne, quod est in mundo, concupiscéntia carnis est, et concupiscéntia oculórum, et supérbia vitæ: quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit et concupiscéntia ejus. Qui autem facit voluntátem Dei, manet in ætérnum.

Dearly beloved: I write unto you, young men because you are strong, and the word of God remaineth in you, and you have overcome the evil. Love not the world nor the things that are in the world. If any man love the world, the charity of the Father is not in him: for all that is in the world is the concupiscence of the flesh and the concupiscence of the eyes and the pride of life: which is not of the Father, but is of the world. And the world passeth, and its concupiscence. But

GRADUAL Ps. 30: 20

Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, quam abscondísti timéntibus te! V. Perfecísti eis, qui sperant in te, in conspéctu filiórúm hóminum.

TRACT Ps. 83: 6-7, 11, 13

Beátus vir, cujus est auxiliúm abs te: ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum, in loco, quem pósuit. V. Elegi abjéctus esse in domo Dei mei: magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum. V. Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia: Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

GOSPEL Mark 10: 13-21

In illo témpore: Offerébant Jesu parvulos, ut tángeret illos. Discópuli autem comminabántur offeréntibus. Quos cum vidéret Jesus, indígne tulit et ait illis: Sinite párvulos veníre ad me, et ne prohibuéritis eos: tálium enim est regnum Dei. Amen, dico vobis: Quisquis non recéperit regnum Dei velut párvulus, non intrábit in illud. Et cotnpléxans eos et impónens manus super illos, benedicébat eos. Et cum egressus esset in viam, procúrrens quidam genu flexo ante eum, rogábat eum: Magíster bone, quid fáciam, ut vitam æténam percípiam? Jesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus. Præcépta nosti: Ne adúlteres, Ne occídas, Ne furóris, Ne falsum testimónium díxeris, Ne fraudem féceris, Hónora patrem tuum et matrem. At ille respóndens, ait illi: Magíster, hæc ómnia observávi a juventúte mea. Jesus autem intúitus

he who doeth the will of God abideth for ever.

How great is the multitude of Thy sweetness, O Lord, which Thou hast hidden for them that fear Thee! V. Thou hast perfected them that hope in Thee in the sight of the sons of men.

Blessed is the man whose help is from Thee: in his heart he hath disposed to ascend by steps, in the vale of tears, in the place which he hath set. V. I have chosen to be an abject in the house of my God, rather than to dwell in the tabernacles of sinners. V. He will not deprive of good things them that walk in innocence: O Lord of hosts, blessed is the man that trusteth in Thee.

At that time: They offered to Jesus little children, that He should touch them. But the disciples rebuked them that offered them. Whom, when Jesus saw, He was angered and said to them: Suffer little children to come to Me, and forbid them not, for of such is the Kingdom of God. Amen I say to you, whosoever shall not receive the kingdom of God as a little child, shall not enter into it. And embracing them, and laying His hands upon them. He blessed them. And when He was gone forth into the way, a certain man running up and kneeling before Him, asked Him, Good Master, what shall I do that I may receive life everlasting? And Jesus said to him, Why callest thou Me good? None is good but one, that is God. Thou knowest the commandments: Do not commit adultery, do not kill, do not steal, bear false witness, do no fraud, honor thy father and mother. But he answering,

eum, diléxit eum et dixit ei: Unum tibi deest: vade, quæcúmque habes, vende et da paupéribus, et habébis thesáurum in coelo: et veni, séquere me.

OFFERTORY Ps. 115: 16-17

O Dómine, quia ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ: dirupísti víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam laudis.

SECRET

Salutárem hóstiam in memóriam sancti Gabriélis tibi, Dómine, offeréntes, fac nos sacrificium mortis tuæ rite recólere: ac, méritis perdoléntis Vírginis, ejúsdem sacrificií fructum copiósè percípere: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Apoc, 3: 20

Ecce, sto ad óstium et pulso: si quis audiérit vocem meam, et aperúerit mihi jánuam, intrábo ad illum, et cenábo cum illo, et ipse mecum.

POSTCOMMUNION

Quas tibi, Dómine, in festivitáte sancti Gabriélis Confessóris tui, pro collátis donis grátias ágimus: súscipe propítius per manus gloriósæ semper Vírginis Maríæ; ex qua carnem illam assumpsísti, cujus in hoc salutári convívio merúimus gustáre dulcédinem: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

said to Him: Master, all these things I have observed from my youth. And Jesus looking on him, loved him, and said to him: One thing is wanting unto thee: go, sell whatsoever thou hast, and give to the poor, and thou shalt have treasure in Heaven; and come, follow Me.

O Lord, for I am Thy servant and the son of Thy handmaid: Thou hast broken my bonds, to Thee will I sacrifice a host of praise.

Make us, O Lord, who offer Thee the saving host in memory of St. Gabriel, daily to recall the sacrifice of Thy death; and by the merits of the sorrowful Virgin abundantly to receive the fruit of the same sacrifice. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Behold, I stand at the door and knock: if any man shall hear My voice, and shall open to Me the door, I will enter in to him and will sup with him and he with Me.

The thanks which we offer to Thee, O Lord, in the festivity of St. Gabriel, Thy confessor, for the gifts we have received, do Thou graciously receive at the hands of the glorious ever-virgin Mary: of whom Thou didst take that flesh whose sweetness we have deserved to taste in this healthful banquet. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.